





2116

N<sup>o</sup> 29

1753, 21.

DISPUTATIO IURIDICA  
VIGESIMA QVARTA  
**SELECTIORA IURIS  
PRINCIPIA**

A D

ORDINEM DIGESTORVM EXPOSITA  
LIBRI XVII. SPECIMENI. CONTINENS

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
INDVLTV  
P R A E S I D E

**IO. TOBIA RICHTERO**  
PHIL. ET I. V. D. NEC NON PROF. PVBL. ET  
COLLEGII MINOR. PRINCIP. COLLEGIATO

AD DIEM XXX. MAII A. C. N. MDCCCLI.

H. L. Q. C.

PUBLICE VENTILANDAM PROPONIT

**CAROLVS FERDINANDVS RICHTER**  
NOTAR. PVBL.

---

L I P S I A E  
LITTERIS LANGENHEMIIS.

*f. d. Gatz*



pe. 3.

DISPARATATIO LIBRITATIS  
VIGESIMA QUINTA  
SEPTENTRIONALIA IARIS  
PRINCIPIA

ad

ORDINEM DISPARATAM EXPOSITAM  
PER R. XAV. DE MONTEBELLONI CONTINENS

etiam

HISTORIAS ICHTHYORUM ORDINIS

innotescit

praeceps

IO. TOBIAS RICHTERO

THEATRUS A.D. NICEONIENSIS TAV. ET  
COPIAE MIRABILIS SEQUITUR. DIFFICULTATI

AD BINNENKX. MUL. A. C. M. DECIMI

CARTOLIS LIBRITANIS RICHTER

innotescit

ET C. 1521 A

LIBRITANIS RICHTER

Kar. d. et

VIRIS  
EXCELLENTISSIMIS, AMPLISSIMIS,  
CONSULTISSIMIS, DOCTISSIMISQVE  
FLORENTISSIMAE VRBIS GVBENAE  
CONSVL LIBVS,  
SYNDICO,  
CAMERARIO,  
SENATORIBVS  
POLIGRAPHO  
SALVTIS PUBLICAE PROMOTORIBVS  
FELICISSIMIS  
FAVTORIBVS ATQVE PATRONIS  
SVIS  
MAXIMOPERE COLENDIS.



21 PRO  
SINGULARI FAVORE,  
EXCELSIS BOCCARII SIMIS  
PRO QVE  
TERRITISSIMAE VARIETATIS CAVERNÆ  
IN SIGNIBVS BENEFICIS  
QUACVNQVE OCCASIONE IN SE COLLATIS  
SYNTHESICO,  
VT  
GRATVM BENEFICIORVMQVE MEMOREM  
ANNIVM  
RATIONE ALIQLA DECLARET  
HAS PAGINAS  
SAPULIS PARVICAE PROMOTORIAS  
ELIGITISSIMIS  
FATIBRAS ATQVE PATRONIS  
CAROLVS F. RICHTER.



Q. D. B. V.

SELECTIORVM IURIS  
PRINCIPIORVM  
AD DIGESTORVM  
LIBRVM XVII. SPECIMEN I.

I.

**R**atihabitio illius, quod ignorantे domino, a quadam gestum est, mandatum efficit; sic enim utriusque partis consensus in peractum negotium adest, ex quo de natura contractus mandati satis constat. Neque aliter intelligi potest vLPIANVS \*) quando ait: *Sed et si quis ratum habuerit, quod gestum est obstringitur mandati actione;* quae Lex clare docet, omne quod quis ratum habuit, negotium, ad mandati

A 3 causam

6 SELECTIORA IURIS PRINCIPIA

causam pertinere. Neque omnino verum est, quod alii sibi persuadent, hac admissa doctrina, nullam dari negotiorum gestionem a mandato diuersam, quia negotium vtiliter gestum semper approbaretur; nam adhuc superest negotiorum gestionis casus, in quo nulla, quae accedit, ratihabitio deprehenditur, et agere ex negotio gesto aduersus gestorem, non tam est ratihabere, quam iure, quod sine ratihabitione ortum erat, vti. Ex his tandem sequitur, vt si dominus negotium, antequam inde egit, ratum habuerit, ex negotio gesto fiat mandatum et gerens tanquam mandatarius obstringatur.

a) L. 60. ff. de R. I.

II.

Qui alteri dat consilium, is toties inde tenetur, quoties eius quod consuluit causa moralis dici potest. Quamuis enim VLPIANO<sup>a)</sup> teste, consilii non fraudulentи nulla sit obligatio, ceteroquin vero si dolus et calliditas intercessit, de dolo actio competit; illa tamen obligandi ratio naturalis est, quando quis moralem suppeditat causam, qua motus alter quicquam peregit, quippe qui hoc non pergesset, nisi alterius rationes suadentes praecessissent. Cui obligationi nominatus ICtus ideo derogare non videtur, quia de consilio in

in genere tantum loquitur, quo quis alterum ad agendum non tam induxit, quam quid facere vellet, illius arbitrio reliquit, adeoque aliam obligandi rationem ex dato consilio proficiscentem non excludit. Ita si quis multis persuasionibus alterum vrserit, vt consilium datum sequeretur, atque reluctantem quoque nihilosecius ad agendum commouerit, vel si quis tanquam artis peritus, ex imperitia tamen, damnosum consilium dederit, is ei qui damnum inde passus est, procul dubio ad indemnitatem tenebitur. Et ne omni destitutus videar legali auctoritate, liceat prouocare ad sententiam PAVLI<sup>b)</sup> qui ait: *Si assessoris imprudentia ius aliter dictum sit, quam oportunt, non debet hoc magistratui officere sed ipsi assessori.* Assessor hoc loco iudici dedit consilium, quemadmodum etiam in iure consiliarius, appellatur,<sup>c)</sup> et per eum dicitur factum esse, vt aliter quam oportuit, ius dictum sit; hinc idem sententiae contra Leges latae est causa moralis, atque hac ratione obstringitur ex consilio dato. Ex his, regulae nostrae, de obligatione ex consilio proficiscente propriae, veritatem patere arbitror.

a) L. 47. ff. de R. I.

b) L. 2. ff. quod quisque iur. in alterum stat.

add. §. 6. in f. I. de Mandato et c. vlt. X de iniur.

c) L. 1.

## 8 SELECTIORA IURIS PRINCIPIA

c) L. i. L. 14. C. de assessorib.  
Obst. §. 6. I. de mandato L. 47. de R. I. L. i. §. 14.  
ff. depositi vel contr.

### III.

Et substituere alium mandatarius potest,  
et mandatum per aequipollens implere, tunc,  
si vel necessitas id vrgeat, vel mandantis plane  
nihil intersit. Quoties enim necessitas quae-  
dam impedit mandatarium, quo minus ipse  
et ad amissim praescripto modo mandatum  
impleat, res commissa vero dilationem non  
admittit, toties mandatario, si per alium, vel  
per aequipollens egerit, nihil imputari potest,  
attamen culpam tantum, non casum prae-  
stat, <sup>a)</sup> adeoque ex mandato tam aduersus man-  
dantem, quam substitutum habebit actionem.  
Quoties deinde mandantis nihil interest, siue  
mandatarius siue alias, et quidem vel ad nor-  
mam praescriptam, vel per aequipollens man-  
datam rem expediat, toties ratio cessat, ob  
quam alias mandatarius limites mandati exce-  
dere nequit, scilicet mandatarii singularem in-  
dustriam in commisso negotio electam: <sup>b)</sup> praeterea  
non superficiem et corticem verborum,  
sed mandantis intentionem sectari oportet, <sup>c)</sup>  
cui procul dubio conuenit, mandatum ira-  
dicto modo quoque expediri. Sed hoc ultimo  
proposito casu nemo dissitebitur, ad circum-  
stantias

AD DIGEST. LIB. XVII. SPECIM. I. 9

stantias respiciendum probeque diadicandum esse, an mandantis vere nihil interst, quippe quod ad iudicis partes maxime pertinere arbitror. Ceterum utroque casu, si res ita se habeat ut dictum, mandans mandatario substituenti vel per aequipollens agenti, nihilo minus ad indemnitatem tenetur.<sup>d)</sup>

- a) L. 13. C. Mandati vel contr.
- b) arg. L. 57. ff. Mandati vel contr.
- c) BACHOV. ad TREVTLER. Vol. I. Disp. XXVII. th. 6. lit. f.
- d) vid. L. 8. §. 3. ff. Mandati vel contra. et L. vlt. §. vlt. in f. ff. eod.

Obstat. L. 3. pr. L. 5. pr. et L. 41. ff. Mandati vel contra.

IV.

Mandatarius in mandati executione culpam leuissimam praefat. Etenim DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS<sup>a)</sup> imperatores constituerunt: *a procuratore dolum et omnem culpam praestandam esse*; at vox omnis nihil excludit. Idem confirmat imperator CONSTANTINVS<sup>b)</sup> cum statuat: *aliena negotia exacto officio geruntur*; quod vero exactum est, ei nihil deesse debet. Accedit quod mandatarius eo, quod fidem de negotio rite expediendo mandanti dederit, omnem etiam

B

sum-

## IO SELECTIORA IURIS PRINCIPIA

sumimam diligentiam promisisse videatur, cum id rite factum vix dici possit in quo aliquid est omissum. Nec est quod mandatarius conqueratur, nimium grauari eum qui nihil ex mandato capit utilitatis, neminique officium suum damnosum esse debere; quod enim initio erat voluntatis, illud postea factum est necessitatis.

a) L. 13. C. Mandati vel contr.

b) L. 21. C. eod.

Dissentient multi apud IO. REBHAM, Hodeget. Iuris Chart. III. Clim. 4. §. 52. allegati.

### V.

Si mandatarius mandati causa iter faciens spoliatus sit a latronibus, aut naufragio res amiserit, vel languore suo suorumque apprehensus quaedam erogauerit, damnum, quod hac ratione patitur, non ipse solus semper fert, sed mandantem sibi et his casibus ex parte ad indemnitatem habet obstrictum. Nam PAVLO<sup>a)</sup> teste, mandans obligatur mandatario, ne damno afficiatur is, qui fuscipit mandatum: nisi vero mandatarius etiam dictis casibus quodammodo indemnitatem petere posset, damno ex mandato contra Legem procul dubio afficeretur. Deinde VLPIANVS<sup>b)</sup> in causa societatis ait: *Quidam sagariam negotiationem coie-*

AD DIGEST. LIB. XVII. SPECIM. I. II

coierunt : alter ex his ad merces comparandas  
profectus in latrones incidit, suamque pecu-  
niam perdidit : serui eius vulnerati sunt, res-  
que proprias perdidit : dicit Julianus damnum  
esse commune, ideoque actione pro socio damni  
partem dimidiam agnoscere debere, tam pecu-  
niae quam rerum ceterarum, quas secum non  
tulisset socius, nisi ad merces communi nomine  
comparandas proficeretur. Qua Lege per-  
spicue cauetur, casuale damnum earum rerum,  
sine quibus negotium aliquod expediri non  
potuit, eius esse, ad quem pertinet negotium.  
Vnde sequitur, ut et mandans earum rerum  
casum ferre teneatur, quarum iacturam in iti-  
nere mandatarius sensit, quasque secum non  
tulisset, nisi mandati cauia profectus fuisset.  
Nec alia videtur esse PAVLI<sup>c)</sup> sententia, ubi  
statuit : *Non omnia quae impensurus non fuit,*  
*mandatori imputabit : veluti quod spoliatus sit*  
*a latronibus, aut naufragio res amiserit, vel*  
*languore suo, suorumque apprehensis quaedam*  
*erogauerit ; nam haec magis casibus quam*  
*mandato imputari oportet, quia tantum non*  
*omnia, quae impensurus non fuit, mandatori*  
*imputabit mandatarius, et Lex ex Lege intel-*  
*ligenda est.*<sup>d)</sup>

a) L. 55. ff. Marid. vel contr. It. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 687. 688. 689. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 697. 698. 699. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 717. 718. 719. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 727. 728. 729. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 737. 738. 739. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 746. 747. 748. 748. 749. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 757. 758. 759. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 767. 768. 769. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 777. 778. 779. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 787. 788. 789. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 797. 798. 799. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 817. 818. 819. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 827. 828. 829. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 837. 838. 839. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 846. 847. 848. 848. 849. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 857. 858. 859. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 867. 868. 869. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 877. 878. 879. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 887. 888. 889. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 897. 898. 899. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 907. 908. 909. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 916. 917. 918. 918. 919. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 926. 927. 928. 928. 929. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 937. 938. 939. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 946. 947. 948. 948. 949. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 957. 958. 959. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 966. 967. 968. 968. 969. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 977. 978. 979. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 987. 988. 989. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 997. 998. 999. 999. 1000. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1009. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1016. 1017. 1018. 1018. 1019. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1026. 1026. 1027. 1028. 1028. 1029. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1036. 1037. 1037. 1038. 1039. 1039. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1046. 1046. 1047. 1048. 1048. 1049. 1049. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1056. 1057. 1057. 1058. 1059. 1059. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1066. 1067. 1067. 1068. 1069. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1076. 1077. 1077. 1078. 1079. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086. 1087. 1087. 1088. 1089. 1089. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1096. 1097. 1098. 1098. 1099. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1107. 1108. 1109. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1116. 1117. 1118. 1118. 1119. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1126. 1127. 1128. 1128. 1129. 1129. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1137. 1138. 1139. 1139. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1146. 1147. 1148. 1148. 1149. 1149. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1157. 1158. 1159. 1159. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1167. 1168. 1169. 1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1177. 1178. 1179. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1187. 1188. 1189. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1196. 1197. 1198. 1198. 1199. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1206. 1207. 1208. 1208. 1209. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1216. 1216. 1217. 1218. 1218. 1219. 1219. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1226. 1226. 1227. 1228. 1228. 1229. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. 1237. 1237. 1238. 1239. 1239. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1246. 1246. 1247. 1248. 1248. 1249. 1249. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1256. 1257. 1257. 1258. 1259. 1259. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1267. 1267. 1268. 1269. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1277. 1278. 1279. 1279. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1286. 1287. 1287. 1288. 1289. 1289. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1296. 1296. 1297. 1298. 1298. 1299. 1299. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1306. 1306. 1307. 1308. 1308. 1309. 1309. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1316. 1316. 1317. 1318. 1318. 1319. 1319. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1326. 1326. 1327. 1328. 1328. 1329. 1329. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1336. 1337. 1337. 1338. 1339. 1339. 1340. 1341. 1342. 1343. 1344. 1345. 1346. 1346. 1347. 1348. 1348. 1349. 1349. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354. 1355. 1356. 1357. 1357. 1358. 1359. 1359. 1360. 1361. 1362. 1363. 1364. 1365. 1366. 1367. 1367. 1368. 1369. 1369. 1370. 1371. 1372. 1373. 1374. 1375. 1376. 1377. 1377. 1378. 1379. 1379. 1380. 1381. 1382. 1383. 1384. 1385. 1386. 1387. 1387. 1388. 1389. 1389. 1390. 1391. 1392. 1393. 1394. 1395. 1396. 1396. 1397. 1398. 1398. 1399. 1399. 1400. 1401. 1402. 1403. 1404. 1405. 1406. 1406. 1407. 1408. 1408. 1409. 1409. 1410. 1411. 1412. 1413. 1414. 1415. 1416. 1416. 1417. 1418. 1418. 1419. 1419. 1420. 1421. 1422. 1423. 1424. 1425. 1426. 1426. 1427. 1428. 1428. 1429. 1429. 1430. 1431. 1432. 1433. 1434. 1435. 1436. 1437. 1437. 1438. 1439. 1439. 1440. 1441. 1442. 1443. 1444. 1445. 1446. 1446. 1447. 1448. 1448. 1449. 1449. 1450. 1451. 1452. 1453. 1454. 1455. 1456. 1457. 1457. 1458. 1459. 1459. 1460. 1461. 1462. 1463. 1464. 1465. 1466. 1466. 1467. 1468. 1468. 1469. 1469. 1470. 1471. 1472. 1473. 1474. 1475. 1476. 1476. 1477. 1478. 1478. 1479. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483. 1484. 1485. 1486. 1487. 1487. 1488. 1489. 1489. 1490. 1491. 1492. 1493. 1494. 1495. 1496. 1496. 1497. 1498. 1498. 1499. 1499. 1500. 1501. 1502. 1503. 1504. 1505. 1506. 1506. 1507. 1508. 1508. 1509. 1509. 1510. 1511. 1512. 1513. 1514. 1515. 1516. 1516. 1517. 1518. 1518. 1519. 1519. 1520. 1521. 1522. 1523. 1524. 1525. 1526. 1526. 1527. 1528. 1528. 1529. 1529. 1530. 1531. 1532. 1533. 1534. 1535. 1536. 1537. 1537. 1538. 1539. 1539. 1540. 1541. 1542. 1543. 1544. 1545. 1546. 1546. 1547. 1548. 1548. 1549. 1549. 1550. 1551. 1552. 1553. 1554. 1555. 1556. 1557. 1557. 1558. 1559. 1559. 1560. 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. 1566. 1566. 1567. 1568. 1568. 1569. 1569. 1570. 1571. 1572. 1573. 1574. 1575. 1576. 1576. 1577. 1578. 1578. 1579. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1587. 1588. 1589. 1589. 1590. 1591. 1592. 1593. 1594. 1595. 1596. 1596. 1597. 1598. 1598. 1599. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1605. 1606. 1606. 1607. 1608. 1608. 1609. 1609. 1610. 1611. 1612. 1613. 1614. 1615. 1616. 1616. 1617. 1618. 1618. 1619. 1619. 1620. 1621. 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1626. 1627. 1628. 1628. 1629. 1629. 1630. 1631. 1632. 1633. 1634. 1635. 1636. 1637. 1637. 1638. 1639. 1639. 1640. 1641. 1642. 1643. 1644. 1645. 1646. 1646. 1647. 1648. 1648. 1649. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654. 1655. 1656. 1657. 1657. 1658. 1659. 1659. 1660. 1661. 1662. 1663. 1664. 1665. 1666. 1666. 1667. 1668. 1668. 1669. 1669. 1670. 1671. 1672. 1673. 1674. 1675. 1676. 1676. 1677. 1678. 1678. 1679. 1679. 1680. 1681. 1682. 1683. 1684. 1685. 1686. 1687. 1687. 1688. 1689. 1689. 1690. 1691. 1692. 1693. 1694. 1695. 1696. 1696. 1697. 1698. 1698. 1699. 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. 1704. 1705. 1706. 1706. 1707. 1708. 1708. 1709. 1709. 1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1716. 1716. 1717. 1718. 1718. 1719. 1719. 1720. 1721. 1722. 1723. 1724. 1725. 1726. 1726. 1727. 1728. 1728. 1729. 1729. 1730. 1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1737. 1737. 1738. 1739. 1739. 1740. 1741. 1742. 1743. 1744. 1745. 1746. 1746. 1747. 1748. 1748. 1749. 1749. 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1757. 1758. 1759. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1766. 1767. 1768. 1768. 1769. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1776. 1777. 1777. 1778. 1779. 1779. 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1787. 1788. 1789. 1789. 1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1796. 1797. 1798. 1798. 1799. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1806. 1806. 1807. 1808. 1808. 1809. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1816. 1816. 1817. 1818. 1818. 1819. 1819. 1820. 1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1826. 1827. 1828. 1828. 1829. 1829. 1830. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837. 1837. 1838. 1839. 1839. 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845. 1846. 1846. 1847. 1848. 1848. 1849. 1849. 1850. 1851. 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857. 1857. 1858. 1859. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863. 1864. 1865. 1866. 1866. 1867. 1868. 1868. 1869. 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1877. 1878. 1879. 1879. 1880. 1881. 1882. 1883. 1884. 1

## 12 SELECTIORA IURIS PRINCIPIA

c) L. 26. §. 6. ff. Mand. vel contra.

d) vid. Cl. M. CAROLI HENRICI BOEHN Diss. de Philosophia rationali optima Legum humanarum posituarum interprete Sect. II. cap. III. §. 48.  
Paulo aliter sentit LAVTERBACH. Colleg. Pandectar. Lib. XVII. Tit. I. §. 36.

## VI.

Negotium post mandati revocationem a mandatario revocationis ignaro expeditum regulariter subsistit. Siue enim mandatarium, siue tertium, cum quo negotium commissum peractum est, respicias, uterque in ignorantia facti alieni versatur, quae nihil nocet. Ad haec eo casu mandatario mandans mandati obligatur, ne damno afficiatur is qui suscipit mandatum; <sup>a)</sup> tertius vero ex mandato in mandantem, cuius res commissa peracta est, ius quaesitum habet, quod inuitu ei auferri non potest. Denique mandans conqueri nequit, cum ei soli, quod ex proprio facto prouenit, sit imputandum. Ceterum si expressis Legibus casus nonnulli excipiuntur, <sup>b)</sup> quibus negotium dicto modo peractum infirmatur, alia res est.

a) L. 15. ff. mandati vel contr.

b) vid. L. 25. §. 14. ff. de acquir. vel omittend. heredit. L. 7. ff. de diuort. et repud.

## VIII.

## VII.

Inchoata et connexa, postquam re non integra mandatarius deceſſit, heredes illius ex defuncti contractu perficere nec possunt, nec debent. Nam ab hoc mandatario, cui res commissa erat, mandatum impleri negotiumque perfici voluit mandator, quandoquidem labores animi vel corporis mandatarii singulares plerumque spectari solent, quos an in heredibus aequē probaturus, hosque satis idoneos, a quibus negotium coeptum continuetur, habiturus sit mandans, ob naturam contractus vix est probabile. Hinc ipso mandatario defuncto ut mandatum penitus solvatur necesse est. Quicquid vero in Legibus<sup>a)</sup> dicitur: *Morte quoque eius cui mandatum est, si is integro adhuc mandato decesserit, soluitur mandatum: et ob id heres eius, licet ex ecutus fuerit mandatum, non habet mandati actionem,* id quidem non facit, vt inde colligi possit, mandatario re non integra decedente, heredem ea quae supersunt, aut quae connexa sunt, iure perficere valere; nam altero negato non statim conceditur alterum.

a) L. 27. §. 3. ff. Mand. vel contr.

Dissentit LAVTERBACH Colleg. Pand. Lib. XVII. Tit. I.

§. 41. ob arg. L. 27. §. 3. L. 57. ff. mandati vel contr.

L. 3. §. 5. L. 37. §. 1. ff. de administrat. et peric. tutor.

14 SELECTIORA IVRIS PRINCIPIA

et curator. et L. 13. ff. de tutel. et ration. distrahit. L. 3.  
§. pen. ff. de contrar. tut. act. L. 11. C. arbitr. tutel.  
aliique ibi allegati.

VIII.

Periculum sortis in societate sortis quidem, vbi eorum quae conferuntur proprietas communicatur, non autem in societate interusurii, vbi eorum quae conferuntur, fructus et lucrum communicatur, commune est. Nam eorum tantum quae ad societatem vere pertinent, et lucrum et damnum commune est; sed si contracta est societas interusurii, usurae et fructus tantum, non autem sortis proprietas ad societatem pertinent, unde et usurarum, non vero sortis proprietatis damnum a societe ferendum est. In societate interusurii itaque fors perit suo domino.

Obst. L. 10. ff. de R. I. et arg. L. 13. §. 1. ff. commodati vel contra.

IX.

Societas ita coiri et salua manere non potest, ut alter sociorum omne lucrum, alter omne damnum sentiat, quamvis damnum sentiens, se animo donandi lucrum alteri concessisse, profiteatur; nam VLPIANVS<sup>\*)</sup> ait: *Aristo refert, Cassium respondisse, societatem talem coiri non posse, ut alter lucrum tantum, alter damnum sentiret: et hanc societatem Leoninam solitum appell-*

appellare. *Et nos consentimus, tales societatem nullam esse, ut alter lucrum sentiret, alter vero nullum lucrum sed damnum sentiret. Iniquissimum enim genus societatis est, ex qua quisdam non etiam lucrum spectet.* Quibus addendum, quod idem Ictus alio loco<sup>a)</sup> statuat: *donationis causa societatem recte non contrahi.* Ex his patet, substantiam societatis in eo consistere, ut lucrum semper inter socios communne sit. Quicquid vero ad substantiam alicuius contractus pertinet, id salvo contractu abesse, aut tolli nunquam potest; hinc pactum quo lucri communicatio aufertur, cum societate simul consistere nequit, sed ut haec plane corrutat, necesse est. Neque donandi animus facit, ut societas consistat, quia donatio naturae societatis prorsus est contraria. Nec eiusmodi pactum in dubio qua pactum valere potest, quod LUDOVICI<sup>b)</sup> affirmat, quia lucrum societatis ex necessitate percipere, et idem simul ex pacto non percipere sibi contradicit. Aut itaque dictum pactum societati adiectum inutile esse debet, aut societas illo valente consistere nequit.

a) L. 29. §. vlt. ff. pro socio.

b) L. 5. §. vlt. ff. eod.

c) Doctrin. Pandect. Libr. XVII. Tit. 2. §. 8.

Diff. IO. SAM. STRYK ad §. 2. I. de societate. verb:  
de damno non teneatur.

## X.

VLPIANVS<sup>a)</sup> ait: *Cum societas ad emendum coiretur, et conueniret, ut unus reliquis nundinas, id est, epulas praestaret, eosque a negotio dimitteret, si eas eis non solueret, et pro socio, et ex vendito cum eo agendum est.* Quae Lex a multis iisque magni nominis ICtis inter ea Pandectarum nostrarum capita, quae ob singularem difficultatem *Cruces ICtorum* appellari meruerunt, iam dudum relata est. Indeque factum est, ut non pauci Legum interpretes illi explicandae allaborauerint, multumque in eam sint commentati; quos inter CVIACIVM,<sup>b)</sup> ANTONIVM FABRVM,<sup>c)</sup> WISSENBACHIVM,<sup>d)</sup> PETR. DE TOVLLIEV,<sup>e)</sup> et ex nostris Excell. ZOLLE-RVM<sup>f)</sup> et SAMMET<sup>g)</sup> nominare liceat. Hi enim et alii DD. non sine ratione quaerunt, quid in adducta Lege nundinarum seu epularum *praestatio* significet? deinde, quomodo *actio venditi* huc pertineat, et cui competit? Nolo equidem laudatorum virorum singulas recensere sententias, cum hoc a scopo meo esset alienum, sed quid mihi ea de re sentiendum videatur, paucis tantum sum expositurus. Quod itaque ad verba: *ut nundinas, id est, epulas praestaret*, attinet, haec ab ipso VLPIANO satis explicata esse arbitror; intelligit enim

enim ICtus hoc loco per nundinas, ut voces,  
*id est*, docent, epulas, quas vnius sociorum reli-  
quis, cum in nundinis emerent merces, pree-  
stare, seu omnes commorationis sociorum in  
nundinis sumtus exsoluere, pacto promisit, re-  
liquosque ab eodem negotio seu ab epularum  
cura dimisit. Ita ipse VLPIANVS verbo-  
rum suorum optimus est interpres, quem sequi  
nos oportet, quia de illius mente tantum quaer-  
imus, quamvis forte alibi locorum nusquam  
vox nundinarum eodem sensu reperiatur.  
Quod vero ad actionem pro socio, et venditi,  
cuius in Lege fit mentio, attinet, ea cui com-  
petat, ex principiis generalibus clarissime ap-  
paret. Videlicet actio pro socio non datur  
nisi socio; et actionem venditi non habet, nisi  
qui vendidit. Iam in casu Legis societas ad  
emendum coita est; hinc actio pro socio com-  
petet sociis, aduersus se inuicem, ad lucrum  
communicandum, damnumque datum refar-  
ciendum; quae actio inde tunc etiam compe-  
tit, vbi vnius sociorum reliquis epulas nundi-  
narias preestare promisit, neque tamen pree-  
stitit, ad damnum, quod reliqui ab epularum  
cura dimissi socii passi sunt, reparandum. Quia  
vero socii sibi inuicem, quod casus Legis do-  
cet, nihil vendiderunt; hinc iidem nec ad-  
uersus socium actionem venditi habere  
poterunt;

C

poterunt;

## 18 SELECTIORA IURIS PRINCIPIA

poterunt; sed alii qui non erant socii, quive  
socii vendiderunt, aduersus hos tanquam  
emtores actionem venditi instituent, ad id  
praestandum, quod ex contractu emti venditi  
debetur. Quae actio venditi non minus ad-  
uersus eum dabitur, qui curam epularum pa-  
cto in se suscepereat, quia socius est, et socii  
omnes de eo, quod societatis nomine actum,  
aut quod in rem societatis versum est, te-  
nentur.

- a) L. 69. ff. pro socio.
- b) CVIACIVS Lib. IV. Observat. 17.
- c) ANTON. FABER Lib. V. Coniect. 4.
- d) WISSENBACH singulari diff. ad L. Cum societas. ff.  
pro socio.
- e) PETR. DE TOVLLIEV in diff. ad L. Cum societas  
69. ff. pro socio.
- f) FRIDR. GOTTLIEB ZOLLER diff. Interpretatio L.  
Cum societas. 69. ff. pro socio.
- g) IOANN. GOTTFRID. SAMMET diff. Ad Domicium  
-I- EYLIANVM Cap. LXIX. π. pro socio.

## XI.

Nec socii heredes ea, quae a defuncto in-  
choata sunt, perficere possunt ac debent.  
Nam et vnius socii morte soluitur tota socie-  
tas, <sup>a)</sup> ita ut quamvis pauci sint socii, ut heres  
succedat societati, tamen huiusmodi paucum  
nullius censeatur esse momenti. <sup>b)</sup> Vnde socii  
heres,

heres, post mortem illius cui succedit, ut qua  
socius quicquam expediat, teneri nequit. Ac-  
cedit, quod facti magis quam iuris quaestio sit,  
an idoneus heres sit, ut ea aequie ac defunctus  
socius perficere possit; quid si enim socius mer-  
cator heredem medicinae practicum relinquat  
qui curare morbos sciat, mercari nesciat? Quae  
vero POMPONIVS<sup>c)</sup> statuit: *Heres socii  
quamvis socius non est, tamen ea, quae per de-  
functum inchoata sunt, per heredem explicari  
debent; in quibus dolus eius admitti potest,  
demonstratam nostram sententiam non fe-  
riunt.* Notanter enim dicitur: *explicari de-  
bent;* quod non ut alii fingunt, idem est ac  
perficere, sed hunc procul dubio habet sen-  
sum, ut heres ad emolumendum, quod defun-  
cto ex societate debebatur, communicandum  
agere, simulque ad damna ferenda, nec non  
culpae dolique defuncti praestationem conue-  
niri possit, in quibus facta defuncti explicare  
eumque defendere valet.

a) L. 65. §. 9. ff. pro socio.

b) L. 59. pr. ff. eod.

c) L. 40. ff. eod.

Obst. L. 65. §. 11. ff. pro socio. Dissentient multi  
interque hos B. LÜDER. MENCKEN Tractat.  
Synopt. Institution. Lib. III. Tit. 26. §. 5. n. 3. et  
BERGER. Oecon. Iur. Lib. III. Tit. 5. §. 33. not. 3.

## XII.

Omnis socii qua tales cum alio non socio contrahentes, et acquirunt societati et eam obligant; quo casu tamen, quemadmodum omnia quae ex societate veniunt, inter socios in partes diuiduntur, non minus pro rata singuli et agunt et conueniuntur.<sup>a)</sup> Etenim necesse est, ut unusquisque sociorum capiat quid emolumenti;<sup>b)</sup> hinc et partem lucri petere potest, in ceterorum vero partes nihil iuris habet, adeoque tantum quod sibi debetur, non autem quod ad reliquos pertinet, petere potest. Contra quando socii plures obligantur, omnes ac singuli tenentur, cum iis beneficium diuisio[n]is nullibi denegetur; quare, si quis plures socios conuenire velit, non nisi pro rata quemlibet conuenire poterit.<sup>c)</sup> Hoc tamen in eo limitandum esse non diffiteor, si unus soluendo non sit; tunc enim ceteros pro parte illius etiam teneri arbitrор,<sup>d)</sup> quandoquidem plures correi debendi partem illius, qui soluendo non est, in se suscipere tenentur.<sup>e)</sup>

a) BERGERI Oecon. Iur. Lib. III. Tit. 5. §. 32. not. 5.

b) vid. L. 29. §. vlt. ff. pro socio.

c) arg. L. 4. pr. ff. de exerc. act. add. L. II. §. 2. ff. de duabus reis.

d) arg. L. 67. pr. ff. pro socio.

e) arg. §. 4. I. de fideiustor. Nou. IV. c. 1. et L. 10. ff. de R. I. Dissent. CARPZOV. P. II. Conſt. XVII. def. 12.







Leipzig, Diss., 1753

X 2373094

ULB Halle  
007 231 946

3





Farbkarte #13



Nag

1753, 21.

DISPV TATIO IVRIDICA  
VIGESIMA QVARTA  
**SELECTIORA IVRIS  
PRINCIPIA**  
AD  
ORDINEM DIGESTORVM EXPOSITA  
LIBRI XVII. SPECIMENI. CONTINENS  
QVAM  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
INDVLTV  
PRAE S I D E  
**O. TOBIA RICHTERO**  
PHIL. ET I. V. D. NEC NON PROE. PVBL. ET  
COLLEGII MINOR. PRINCIP. COLLEGIATO  
AD DIEM XXX. MAII A. C. N. MDCLIII.  
H. L. Q. C.  
PVBLICE VENTILANDAM PROPONIT  
**CAROLVS FERDINANDVS RICHTER**  
NOTAR. PVBL.

LIPSIAE

LITTERIS LANGENHEMIIS.

E. do Graff